



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

23 Parochiales per obitum vacantes praevio concursu, sunt conferendae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- & qua. & cap. 4. de reform. sess. 22.
- 19 Beneficia regularia † Episcopi conferre non possunt, quia regularia regularibus, & secularia secularibus sunt conferenda, cap. cum causam, de elect. cap. cum de beneficio, de prab. in 6. & cap. 10. de reform. sess. 14 etiam si clericis secularibus solita sunt commendari, cap. 21. de reg. & mon. sess. 25. quod tamen raro, & maxima cum difficultate in curia conceditur, quod beneficia commendata ad regularitatem in titulum reducantur.
- 20 Circa canonicatus † in collegiata, si ordinem sacrum annexum habeant, ut de canonicatibus, & dignitatibus in cathedrali, est providendum, quare, si collatio sit facta minori, est nulla Put. decif. 338. num. 3. & 4. lib. 1. In his autem, qui nullum ordinem factum annexum habent, quia de jure communii regularitatem sufficiebat ætas quatuordecim annorum, etiam in cathedrali, & in collegiata, decem, gloss. in c. si eo tempore; in verb. et atem, de rescript. in 6. & in c. ex eod. in verb. in tua. de elect. eod. lib. Felyna. in cap. ex in situatione. numer. 1. de se 25 mon. & Staph. de grat. expet. §. non a forma, num. 26. de illis, uti de beneficiis simplicibus est judicandum; & sufficit ætas 14 annorum, quæ in simplicibus est limitata, ut e. der. for. sess. 34. cum circa canonicatus
- 21 † in collegiatis nihil fuerit per sacrum concilium immutatum, adeo quod à juris communis dispositione, in reliquis non est recedendum, ut fuit à Papa Gregor. xij. declaratum, & testatur sacra congregatio concilij, ut in decif. mhi sub numer. 837. & in aliis super d. cap. 12. de reform. sess. 24 sub tit. Tarracinen.
- 22 In legibus enim † correctoriis non est licita extensio, gloss. 2. in auth. quas actio-
- nis, in verb. excluduntur, vers. item, an idem in civitate, & ibi Bart. n. 9. C. de sacr. sanct. eccles. & gloss. in c. indemnitatibus, §. ceterum, in verb. confirmetur, in fin de elect. in 6. Quod tamen limitatur, nisi canonici-  
tus in collegiata ordinem sacram annexum habeat, quia sicut requiritur ætas, quam ordo requirit ex supra deducit.
- 23 Parochiales per obitum vacantes † au-  
toritate ordinaria per concursum sunt  
conferendæ, quod etiam fieri debet, quan-  
do vacant in mense Sedi Apostolicæ reser-  
vato, quo casu à Papa conferuntur, & pro  
examinandis concurrentibus ad beneficia  
24 † singulis annis in diœcésana synodo Epis-  
copus, vel ejus vicarius ad minus sex ex-  
aminatores magistros, seu doctores, aut li-  
centiatos in Theologia, vel jure canonico  
etiam regulares, aut qui ad id magis idonei  
videbuntur, ab eadem synodo appro-  
bandos, proponere debet, qui ad sancta  
Dei Evangelia curare tenentur, quacun-  
que humana affectione postposita, le fide-  
liter munus exequuturos.
- Nec quidquam † occasione examini-  
ante, vel post accipere possunt, alio-  
quin, tam dantes, quam recipientes, simo-  
niæ vitium incurunt, concil. Tridentin.  
cap. 18. §. examinatores, de reform. sess. 24.  
si vero quotannis synodus non fiat, ex-  
aminatores scilicet deputati munus suum  
debent exercere; donec synodus habeat-  
ur, congreg. conc. super eod. cap. 17. in de: if.  
sub. tit. Mediolanen. Et Clemens Papa viij.  
decrevit, in futurum observari, quando  
omnes examinatores synodales intra an-  
num eorum deputationis, mortui fuerint,  
nempe, ut Episcopus, ex examinatorebus  
antiquis synodalibus, si fuerint, subroget  
alios non pauciores numero sex, & si non

D d extite-

